

excusari à ieiunio: sed vires attendendas esse dicunt, ac iuxta eas diiudicandum. At cōmuniter hunc virum defectum dicunt priores Doctores accidere anno septuagesimo: posteriores verò anno sexagesimo: & ita censent hae aetate cōmuniter senes excusari. Quare Cai. & Pedraza proximè allegati dixerunt in aetate sexagenaria constitutos semper excusari, nisi euidenter constet ex complexione rebusfortiori posse ab aetate constare, & de rubore est ambiguum, non est amplius expectandum. At Angles omnes sexagenarios excusat, quamuis aliquis ex illis viribus ad sustinendum ieiunium polleret. Quod idem docet clarè Emmanuel Sa, ait enim excusare à ieiunio aetatem minorè anno vigesimo primo, vel maiorè sexagesimo: vnde aequiparat has duas aetates: at minor vigesimo primo semper excusat. Quae sententia etiam placet quibusdam viris doctissimis. Mihi quoque valde aridet. Quod senes nequeant simul totum alimentum naturae sufficiens sumere: sed enim ob caloris defectum, qui senectutè committitur, concoquere non possunt: quare pauciori cibo, quam iuuenes indigent, sed frequentius sumpto. Et licet quidam sexagenarij in ea aetate robusti videantur, negari nequit naturam iam prolabi, ac celeriter ad interitum tendere. Atque adeo eorum natura ad minuculo cibi frequentius sumpti indiget: vt non tam praesenti statui, quam futuro cōsultatur: ne cibo suis temporibus esitato natura destituta, citius corrumpat, viresque omnino deficiant. Nec enim ieiunij soluere licet, attenda sola praesenti necessitate: sed etià quando in posterum lapsus probabiliter timetur. Adde sanitatè senù non esse firmam, & constantem, sed fallacem, & incertam, mediamque inter morbum, & perfectam sanitatè, vt pulchrè testatur Galen. lib. 5. de sanitatè tuenda, pag. 7. & statim subiungit haec verba. *Scire licet: senilis corporis statum, quoniam ex leui momento in morbum decedit: simili ratione ijs, qui ex morbo conualescunt, in vitium esse curandum.* Et lib. 6. pag. 2. haec ait. *Senù sanitas querimonij non vacat: quamvis enim omnes habeat aetiones, nullam validam habeat.* Atque adeo illa pars artis, qua de senum ductu instituitur, huc tantum consilia dirigit, vt sanitatem eorum quaerens fieri potest, teneatur. Si ergo sanitas eorum non est cōstantis, sed fallax, & apparens, vitiumque indigent instar valetudinariorū, non cogendi sunt vt totum cibū naturae necessarium vnicò esu accipiant,

& caetera diei parte abstinèat: quod ieiunij essentia petit: sed frequentius est eis concedendus cibus, vt conualefcunt, vt natura adiuetur, cibisque concoqui valeat. Et confirmatur, quia ob eam rationem conualescentes ex morbo à praecipito ieiunij excusantur, donec ad pristinam sanitatem restituantur. Tandè, quia Pius. V. & Pontifices successores denegantes clericis, & religiosis, indultum bullae cruciatè vefcendi lacticijs in quadagesima: exceperunt sexagenarios, quasi in ea aetate rationi consonet, vt imbecillitate naturae cōsultatur: similiter ergo ea aetas reputanda erit sufficiens, vt eam adepti, tanquam imbecilles, & non firmè valetudinis, à ieiunij onere eximantur. Sed superest iam enucleanda difficultas de senectute: an similiter aetas sexagenaria sit illis praescribenda, vt à ieiunio eximantur: potius quinquagenaria? Nō allegata, nō praecedenti quinquagenaria praescribendam esse probant. Quae enim in viris est sexagenaria, ea in feminis est quinquagenaria, attento breuiori illarū vitæ curriculo. Deinde, quia ea aetate femina aequè appropinquat morti, ac viri sexagesimū annum nati: atque similiter viribus destituitur, indigetque cibo frequentiori, vt calor senilis paulatim illi coquere possit: ne simul toto necessario cibo sumpto senilis illi calor, ac tenuis suffocetur: eò vel maximè quod calor in feminis sit minor, quam in viris (vt nō praecedenti probauimus:) ac proinde is diminutus ratione eius aetatis, minus capax sit totius cibi necessarii simul sumpti concoquedi, quā calor viri sexagenarij. Quae potissima, imò tota ratio est excusandi masculos sexagenarios. In cōtrariū est, quod nullus asserat (& quidè meritò) feminas ante vigesimo primum annū teneri ieiunare, cū tamen ratio naturalis augmenti, quae viros eam aetate non adeptos excusat, cesset in feminis: vt pote quae sicut citius senescunt, ita citius citius adolefcunt, ac incrementum perfectum recipiunt (vt ex Aristotele retuli nō praecedenti. Sed potest responderi, iam cōsuetudine ita interpretandi receptum esse, vt lex Ecclesiastica neutrum sexum obligeat, vt quae ad vigesimum primum annum. Quae cōsuetudo non reperitur explicans senectutis terminum: ac proinde conceditur locus, vt fas sit rationibus ex vtriusque sexus diuersa natura petitis innoti, ad sibi persuadendum diuersam senectutis terminū praescribendum esse. Præterea, quia Pontifices indulgentes esum lacticiiorum virtute

bullæ,

bullæ, religiosi vtriusque sexus sexagenarij, nullum aetatis discrimen constituerunt. Sed faciliè est solutio, in eo enim in dulto fatendum est eandem aetate in vtroque sexu desiderari: eò quod Pontifex certam aetate praescripserit: at vbi non praescripserit, sed ex sola imbecillitate ratione, quae ex aetate proficietur, iudicium sumendum est, sicut diuersitas aetatis diuersum iudicium efficit, ita diuersitas sexus, quae causa est senectutis oryus aduenientis. Deinde, quia si spectemus maiorem flegmatum copiam, quae in feminis reperitur, in qua calor natiuus agit, vicèque cibi supplet, atque vitam ipsam quietam, ac modicæ corporis exercitatione vacantem, manifestè compertimus feminas etià quinquagenarias minimè indigere frequenti cibo: quasi viri senes indigent: sed paucis naturam earum contentè esse alimētis. Quod & experientia ipsa testatur: senina enim suapte natura ad ieiunia procliuiores sunt, & multo facilius viris ieiunij ferunt. Quare cum in quinquagenarijs feminis celeratio indigentia frequentis cibi, quae inuenticum in viris sexagenarijs, non excusanda sentit illa à ieiunij, instar horum: sed eandem aetate in vtriusque desiderabitur: atque maior senectus reportat in viro sexagenario, quam in muliere eiusdem aetatis, compensabitur, & aequabitur minor indigentia cibi existenti in muliere, ratione abundantiae flegmatum, & defectus exercitationis corporis. Sed nec hæc ratio concludit, nec difficultatem exhaurit. Ex ea enim pariter concludetur senes in nulla aetate à ieiunij excusari. Quia senes facillimè ieiunium ferunt (vt docet Hippocrates in suis aphorismis, aphorismo. 15.) pauciorque cibo indigent: eò quod frigidiores sunt. At eos excusamus, quia (vt dicunt Galenus, & Brasauolus in illum aphorismum Hippocratis,) tale patiuntur, quale lucernis penè extinctis accidit, quae continuam

exigent olei suffectionem, multam autem, & subitam simul nequeunt sustinere: sic (inquiam,) senibus exhibere oportet cibū necessarium, at paucum, & hanc ipsam cibi paucitatem in multis partiri portiones: nec vlla illis longa in aetate est sustinenda. Idem ego dicam de senibus quinquagenarijs, facer enim ob flegmatam, & vitam quietam, facilius quam viros ferre ieiunium, ac paucioralimento egere: at illam cibi paucitatem, præ se nequeat equali cum viris sexagenarijs, ac maiori frigiditate, non possunt simul sustinere, sed indigent vt in multis diuidatur portiones: nec poterunt vnicò cibum necessarium vire vnicò in posterum sumere: ac proinde à ieiunio, quod in vnicò comestione cōsistit, excusabuntur. Hæc me incipiente reddunt, & viris doctis à me cōsultis placuit minore gratem feminis assignandam, quam viris: ac dubitarunt de quantitate gratis. Sed profecto quæ noster, praecedenti retuli ex virtute ad generalandum, quae cessat in femina anno quinquagesimo, & in maribus ad minus viginti ad sexagesimum, protenditur, & ex cōmuni existimatione, probant, quæ de senem feminam quinquagenariam, ac virum sexagenarium. Et ideo alijs viris doctis hæc pars arripit. Et re mecum considerata, & rationibus perpensis, existimo nil à ratione deuium, nec medio titer alienum à probabilitate dicitur, quod feminas quinquagenarias à ieiunio excusauerit, sicut viri sexagenarij excusantur. At dum aliud non apparuerit claris rationibus, tanquam probabiliorem eligo opinionem, quae sustinet indiscriminationem de aetate viri, & feminae, ad excusandum à ieiunij, loquendum esse. De deseruiant predicta, ne damnum amplectentem opinionem, quae feminas quinquagenarias excusat, verò tamè hæc predicta ostendit eam opinionem esse probabilem speculatiue loquedo, at in praxi cæseo nō esse tutam.

DISPUTATIO TRIGESIMATERTIA.

An professio cōiugis de licentia spontanea alterius emissa, absque alijs iure requisitis valida sit: nec professus reuocari possit, sed manens in seculo cogendus sit prohiere, aut vouere castitatem.

SVMMA RI VM.

Quæ quæstiones disputanda sunt, nu. 1. Quando coniux etiam iuuenis manens in

seculo vnicè castitatem, valida est professio alterius de licentia ipsius: facta. nu. 2. Quid, quando nullam vnicè vocant. Refertur

quedam sententia, numero. 32.
 Valida est huiusmodi professio, nu. 4.
 In hic professio ad vxorem reuocatur, teneatur
 vxore mortua, ad religionem redire, nec va-
 lide possit matrimonio iungitur. 5.
 An reuocatur reddere, ac possit debitum pete-
 re: num. 6. & ibi remissus, an vxor teneat-
 ur ei reddere.
 Satisfit argumentis, nu. 7.
 An coniux professio de licentia alterius iuue-
 nis manentis in seculo cum voto castitatis,
 possit reuocari et monasterio? Refertur qua-
 dam sententia, nu. 8.
 Non potest tunc reuocari, nu. 9.
 Qui si votum castitatis coniugis manentis in
 seculo, sit temporale, nu. 10.
 Quid, si nullum votum emisit. Refertur tres
 sententia, nu. 11. 12. 13.
 Proponitur sententia Auctoris, nu. 14.
 An quies potest reuocari, possit hic propria
 auctoritate exire: nu. 15.
 An sit locus huic reuocationi, et quod Episcopi
 auctoritas non interueniat: nu. 16.
 An hac reuocatio fiat iure actionis competentis
 coniugi manentis in seculo, an solo iudicio of-
 ficio interuenienti? Refertur opinio, nu. 17.
 Proponitur Auctoris sententia, nu. 18.
 An si res est integra, possit ipse coniux, qui licen-
 tiam concessit, reuocare: nu. 19.
 An quando Episcopus licentiam concessit, pos-
 sit fieri reuocatio: nu. 20.
 An possit Episcopus compellere religiofos exco-
 munitos impediens reuocationem hanc ex eorum
 monasterio: nu. 21.
 An possit in hoc, & in alijs casibus, in quibus iu-
 risdictionem habet in exco. ipsos consors
 compellere? Refertur quaedam sententia, nu. 22.
 Auctoris sententia reuocatur, nu. 23.
 Coniux manens in seculo, cum nullum votum fe-
 cit, aut illud fecit, & est senex, nec suspen-
 dit, an sit cogendus ingredi religionem, si
 de eius spontanea licentia alter professus sit
 num. 24.
 Quid, si coniux sit iuuenis, aut suspectus de in-
 continentia? Refertur duplex sententia, nu-
 mer. 25 & 26.
 Sententia Auctoris, nu. 27.
 Soluuntur argumenta, nu. 28.

Superiori disputatione egimus de
 requisitis vt professio coniugis
 de alterius licentia facta sit licita.
 In presenti discurtendum est, quare
 ex illis desideratum vt valida sit: & quare
 exigantur, nec concedatur repetitio, & cogatur
 professus egredi. Et quia potest dari li-
 centia sponte, dolo, aut metu, aut nulla in-

teruenire licentia, aut sola dissimulatio abs-
 que alia licentia expressa. Disputatio hac
 ager de professione facta ex licentia sponta-
 nea coniugis, in qua defecerunt alia iure
 requisita, nimirum; quia coniux iuuenis
 non pariter ingressus est religionem, aut
 non emisit votum, siue iuuenis, siue senex
 esset: arque ita procedit quando in licentia
 ipsa nil vitij interuenit. Et in sequentibus
 disputabitur, quando deficit prorsus licen-
 tia, aut ea fuit vitiosa; quia metu, aut dolo
 extorta, aut non fuit expressa, sed sola dis-
 simulatio. Quadruplex ergo quaestio sub
 presenti disputatione clauditur, in ea enu-
 cleanda. Prima, de valore professionis con-
 iugis factae ex spontanea alterius licentia,
 absque alijs iure requisitis. Secunda de fa-
 cultate reuocandi illum, qui sine illis condi-
 tionibus est professus. Tertia an hac facul-
 tas reuocandi competat iure actionis con-
 iugis? Quarta, quando non conceditur re-
 uocatio, an compellendus sit coniux ma-
 nens in seculo profiteri religionem?
 Quaestio prima. An valida sit coniugis
 professio de licentia spontanea alterius e-
 missa manentis in seculo cum voto castita-
 tis, vel absq; illo? Quaestio haec in duplici
 euentu discutitur potest. Prior est, vbi coniux
 licentiam concedens mansit in seculo cum
 voto castitatis. Posterior, quando absq; illo.
 Et quidem in priori euentu, quauis quuma-
 nens in seculo votum castitatis emisit, sit iu-
 uenens, & suspectus de incontinentia, certu
 est valida esse professionem alterius, cui spon-
 te sua licentiam concessit. Quod non sit de
 substantia professionis coniugis, professio al-
 terius, sed tantu desideretur, quando hic est
 iuuenis, vt professio alterius licite fiat.
 Nec peruersio ordinis quido non est de sub-
 stantia, vitia actus, vt l. 1. & ibi per Bald. C.
 de appellat. & per Bart. l. prolatam. e. de sen-
 tent. per Abb. Imol. & Doctores. c. exhibi-
 ta, de iudicijs. Deinde, quia textus. e. ad a-
 postolicam, cap. cum sis, cap. vxoratus, de
 conuers. coniug. petentes vt coniux iuue-
 nis simul profiteatur, expliant quid iure
 fieri debeat, vt legitime fiat professio, non
 tamen irritant contra factam. Cum constet
 multa prohiberi fieri, quae tamen contra
 facta tenent, cap. ad Apostolicam, de regul.
 Et ideo tra docent Federicus consil. 37, ad
 finem. Host. summa tit. de conuers. coniug.
 nu. 8. Innoc. c. 1. nu. vnic. verb. seruare, eod-
 dem tit. & ibi Calder. Abb. ibi nu. 8. dicens
 esse omnium. Anchar. ibi nu. 3. Cardin. ibi
 in fine, & cap. ex parte, el. 1. ad finem

eadem

eadem tit. Henricus. c. vxoratus. n. 9. eod-
 dem tit. Aretinus consil. 9. n. 8. vers. si ergo. Pa-
 lud. 4. d. 2. q. 3. ar. 2. nu. 19. Maioris. 4. d.
 31. q. 2. 5. pro illa rubrica. Rosella verb.
 impedimentum, impedimento. 11. initio,
 Sylu. matrimonium. 8. q. 12. dicto. 4. Tabie
 na matrimonium. 1. q. 3. n. 4. Sotus. 4. d. 27.
 q. 1. ar. 4. columna penultima, vers. casus aut
 tem. Nauar. lib. 3. consilioru. tit. de conuers.
 coniug. in priori editione, consil. 5. nu. 3. in
 posteriori, consil. 14. n. 3. Greg. Lop. l. 12. ver-
 bo, vale el calamento, tit. 7. p. 1. Enriquez
 lib. 1. 1. de matrim. c. 8. n. 9. Et omnes Do-
 ctores. n. 4. referendi, qui dicunt valere pro-
 fessionem, quando coniux manens in seculo nul-
 lu votu emisit, nedu quado vouit. Et qua-
 tius Anchar. c. 1. n. 2. norab. 2. de conuers. con-
 iug. dicat, vt transitus ad religionem sit iure
 va idus, no satis esse votu alterius manentis
 in seculo, sed oportere, vt simul ingredia-
 tur, no est cotrarius, intelligit enim, vt sit
 validus, id est firmus, ita vt reuocationi no
 sit locus; vt ibi ferè se explicat. Nec audi-
 endus est Angles floribus. 1. p. vbi de ma-
 trim. q. 1. de essentialibus illius. d. 27. ar. 3.
 in dubio, quod mouet post. 3. difficultate,
 vbi docet, professionem alterius esse nulla
 altero iuueni non profite; & statim diffi-
 c. ubi contradicit, ait enim, nuptias contra-
 ctas ab hoc coniuge reuocato, post alterius
 obitu esse nullas. Quod veru esse nequit, ni
 si professio prior esset valida, ob quam ma-
 trimonium subsequens irritaretur.
 In posteriori casu, nimiru, quando coniux
 manens in seculo nullum votum emisit: est
 grauior difficultas. Quidam censent, pro-
 fessionem esse nulla. Probatur ex c. vxora-
 tus, de conuers. coniug. ibi. Vxoratus sine licen-
 tia vxoris inter vos nullatenus recipiatur, qua
 in vxoris opinione existat. Na dictio, nullate-
 nus, inducit actum ipso iure nullum. Vt ex
 multis probauit lib. precedenti, disp. 32. n. 7.
 Ita docent Inno. c. quida, statim in princ.
 & n. 3. & 4. de conuers. coniug. Victoria
 sum. vbi de matrim. n. 255. Emmanuel Sa-
 summa, verb. religio. n. 33. Adit Innocen-
 tius, id votum in professione ea factu habe-
 re vim solius voti simplicis, ac proinde per
 illud non dirimi matrimonium subsequens.
 Sicut dicitur eo. c. quidam de professione
 absque alterius coniugis licentia facta.
 Ceterum verissima sententia probat, ea
 professionem esse valida. Qua probant ead-
 dem ratione. n. 2. adducte. Insuper constat ex c.
 ex parte. el. 1. de conuers. coniug. vbi con-
 sultus Pontifex de quoda, qui graui morbo

laborans, vxore sponte consentiente, in re-
 ligatione professus est: ac postea sanitate
 adeptus vxorem retinuit, & ea defuncta a-
 liam duxit, sic ait. Quia verò praedictu d. li-
 cet vxore sua remanere in seculo, de iure ad re-
 ligionem nequaerit professus: ea tamen subla-
 ta de medio, votum sine salutis sua periculo non
 potuit violare: mandamus vt praedictum D. con-
 uers. vt muliere demissa, ad suum monasteriu
 reuertatur, sub regulari habitu de caetero Do-
 mino seruiaturus. Ergo valuit professio, vbi
 sola vxoris licentia adluit: alijs valeret se-
 cundum matrimoniu. Tandem id probatur
 ex c. Agathosa. 27. q. 2. quod est ex D. Gre-
 gorio lib. 9. epistola 44. ibi. Experientia tua
 praecipimus, vt diligenti inquisitione discer-
 tiat, ne forte cum eius voluntate conuersus sit,
 rei ipse se mutare promiserit, & sic tepere-
 rit, illum in monasterio remanere prauideat.
 Vbi pondero, Pontificem loquutum fuisse
 diligenti, nimiru, si vxor consensum
 prestiterit, aut pariter conuersa est. In
 quocunq; igitur illorum euentuum vali-
 da est professio. Et ideo hanc sententiam
 tuentur ex Iuris peritis, glossa c. vxoratus,
 verb. nullatenus, de conuers. coniug. &
 c. ex parte, el. 1. eodem tit. in fine. Goffredo
 summa. tit. de conuers. cog. nu. 5. Hostien-
 sis summa eodem tit. num. 2. fine. Et
 d. c. ex parte, paulo post principium, su-
 per verb. vxorem. Calderinus. c. 1. de con-
 uers. coniug. & ibi Abbas. n. 8. idem Abbas
 d. c. ex parte. n. 23. & 5. & d. c. vxoratus. n.
 5. vbi Anton. n. 5. Aretinus consilio 59.
 n. 8. vers. tercio probatur. Aret. l. 2. p. sum-
 ma lib. 8. tit. 11. art. 2. q. 11. Rosella verb.
 impedimentum, impedimento. 11. initio,
 Sylu. matrimonium. 8. q. 12. dicto. 4. Et ex
 Theologis, Durandus. 4. d. 32. q. 2. n. 6. Et
 ibi Maioris. q. 2. §. pro illa rubrica. Ricardus.
 4. d. 27. artic. 2. q. 4. corpore. Adrianus
 quodlibeto. 1. ar. 3. ad. 7. Palacios. 4. d. 27.
 disp. 2. columna antepenult. folio. 591. Et
 col. 3. 4. vers. hactenus secundus, fol. 589. En-
 riquez lib. 1. 1. de matrim. c. 15. num. 9. Azor
 lib. 1. in flitit. moral. c. 1. q. 6. §. si queras.
 Eiusdem sententiae videtur esse alij Theo-
 logi, & Iuris periti, qui indistincte docent,
 valere professionem coniuge manente in se-
 culo, nec explicant votu emiserit, nec ne.
 Sic ex Iuris peritis docent Albericus in suo
 dictionario, litera V. verb. votum. 4. Ar-
 chid. c. 1. n. 2. Et ibi Bellamera. n. 3. 33. q. 6.
 Cardinalis. c. 1. nu. vnic. q. 4. de conuers.
 coniug. Henricus. c. placet finali, eod. tit.
 Brunellus de sponsalibus, conclus. 50. n. 9.

P 3 Ioan.

Ioann. de Triburg. summa confessorii, lib. 1. tit. 8. q. 50. Angel. matrim. 4. nu. 10. Sylu. verb. diu. q. 17. dist. 3. & ibi Armill. n. 12. & ex Theolog. D. Bonau. 4. d. 27. in expositione litterar. n. 4. Palud. & Sotus. n. 2. allegati. Ludouic. Lopez. 2. p. instructorij, de matrim. c. 54. col. antepenul. Vega. 2. tomo summa. c. 54. casu. 104. Cañedo summa sacram. tract. de matrim. c. 7. n. 54.

Hinc deducitur professum hinc à monasterio reuocari, eò quòd desiderata sint aliqua iure requisita, ac coniugi restitutum, teneat, eo coniuge defuncto, ad monasterium redire. Quòd verò professus sit, ac solum eo casu redire ad coniugem manentem in seculo, ad consulendum periculo incontinentie eius: quod morte cessat. Et ita habetur expressè. c. ex parte, el. 1. de cõuers. coniug. cuius verba, nu. præcedenti retuli. Et docent gloss. c. Agathosa. verb. debeas. 27. q. 2. Hostiensis summa tit. de conuers. coniug. n. 8. Abb. c. 1. n. 8. eodem tit. Calder. Anton. Alberic. Archid. Bellemera. Brunellus, Aretinus, Ioan. de Triburgo, Angel. n. præcedenti allegati. Dominicus. c. feriatim. n. 5. d. 32. & ibi Turrec. ar. 3. n. 4. casu. 8. Cardin. c. ex parte, el. 1. paulò post principium, & c. quidam. n. 2. q. 5. fin. de conuers. coniug. Sylu. verb. diuorium. q. 17. dicto. 3. & ibi Armilla. nu. 12. Gregor. Lopez. l. 12. verb. Vale el casamento. tit. 7. part. 1. & ex Theologis. D. Bonauen. Palud. Sotus, Azor, Ludouicus Lopez, Cañedo, quos nu. præcedenti retuli. Angles Floribus. 1. par. vbi de matrim. q. 1. de essentialibus matrimonij. d. 27. art. 3. difficultate. 5. Quare si professus ille aliquid matrimonium tunc inest, erit irritum ratione voti sol. mo in illa professione valida emissa. Sic glossa, Albericus, Host. Hêricus, Greg. Lopez, Palud. Sotus, Azor, Angles difficultate. 6. eisdem locis. Abbas. c. ex parte, el. 1. nu. 2. de conuers. coniug. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 9. Et clarè probatur ex eod. capit. ex parte, vbi iubetur professus hic vxore postea ducta dimissus, ad monasterium, à quo ad priorem vxorem reuocatus fuerat, redire. At si matrimonium posterius esset validum, id conferuandum esset. Quare non audiendus est Palacios, qui. 4. d. 32. disput. 2. columna. 13. & 14. dicit eam professionem reuocatione castitatis: ac proinde matrimonium postea inuitum esse validum. Eripium sequitur Vega. 2. tomo summae cap. 34. casu. 104. §. 10. tercio. Sed contrarium esse verum, ex dictis conuincitur.

Secundò deducitur professum hinc reuocatum ad coniugem manentem in seculo, teneri illi debitum reddere. Quia alias frustra esset reuocatio, nec ea consuleretur incontinentia manentis in seculo, imò grauiori periculo exponeretur. Et ratio est, quoniam erit cõiux licentiã profitendi cõcedens videatur iuri suo renunciare, ac proinde alterum non teneri reddere censendum sit: ac quia renuocatio nõ fuit sufficiens, & perfecta, de se ðu modi ab Ecclesia præscripti, suspeditur voti exequutio ad hunc effectum vt reddere teneatur. Ita docent Scotus. 4. d. 32. q. vnic. Palud. 4. d. 27. q. 3. art. 2. num. 19. & d. 32. q. 2. art. 2. nu. 17. Abbas. c. vxoratus. nu. 8. de conuers. coniug. Turrec. c. feriatim. d. 32. ar. 3. n. 4. casu. 8. Supplement. Gabriel. 4. d. 32. q. 1. ar. 2. in Corollario, quod infert ex. 9. conclus. Palacios. 4. d. 27. disput. 2. column. antepenultim. fol. 59. r. Addit Scotus (& benè) teneri hunc non petere debitum. Quia eum sit verè professus, & stringitur voto castitatis: ac proinde teneatur ex parte sua continere. Imò & Turrec. remata ait neurium posse exigere. Quia conuix dans licentiã cessit iure suo. Sed cum nullum emiserit votum, ratione cuius interdictum sibi fit debiti petitione, existimo eò posse. Quia renuocatio illa non fuit solida, ac perfecta. An verò alter conuix teneatur ei reddere? dicam disp. 38. nu. 22.

Ad textum contrarium nu. 3. adductum respondeo dictionem, nullatenus, nõ semper reddere actum nullum (vt docent aliqui, quos retuli lib. 6. disput. 32. nu. 7.) idque maximè est verum, vbi induceretur iuris alterius correctio declarantis actum illum esse validum, vt contingit hic, vt probant textus nu. 4. adducti.

Quæstio secunda. An ille validè professus absque iure petitis in coniuge manente in seculo, possit reuocari, vt coniugi restituantur, ex cuius licentiã professus est: ac ipsi integrum sit propria autoritate extirpare? Difficultas hæc versatur in expositione textus. c. 1. de conuers. coniug. vbi sermo est de viro, qui vxore consentiente professus est, & sic dicitur. *Dicimus quid nisi vxor ad religionem transierit aut perpetuo castitatem seruare promiserit, vir potest, & debet de monasterio reuocari.* Et quid hæc quæstio licet & præcedens, in duplici casu potest agitari. Prior est, vbi conuix manens in seculo voto se castitatis altrixit. Posterior, vbi id non fecit. Et in priori casu, quando conuix manens in seculo vult, cum

esset iuuenis, aut de incontinentia suspectus, posse professum reuocari, iuxta dictionem. d. c. 1. admittunt aliqui. Quia manens in seculo nõ præstitit, quòd iure prescripsum est ad alterius professionem: erat enim pariter professus ratione iuuentutis, secus si esset senex, nec de incontinentia suspectus. c. c. si. c. vxoratus. c. ad apostolicam, de conuers. coniug. Et confirmatur, quia cap. 1. eodem tit. non corrigi prædictos textus sub eadem tribrica contentos, imò iuxta illos debet intelligi: oportet enim iura iuribus concordare. l. vnica. c. de inoffic. dotibus. Atque ita d. c. 1. negat reuocationem professi, nisi vxor voverit castitatem, aut religionem professã sit, intelligi debet, vt in senex sufficiat prædictum votum. Quando ergo conuix iuuenis solum votum in seculo emisit, erit locus reuocationi. Et ideo hanc sententiam satis posse amplecti ait gloss. significauit, in fine, de conuers. coniug. Et eam sustinent cum hac limitatione, si mulier esset iuris ignara, nec de præiudicio suo certior reddita, Host. eo. c. significauit, nu. 2. in fine, & ibi Ioan. Andr. num. vltim. & absque limitatione idè Host. summa tit. de conuers. coniug. nu. 8. Greg. Lopez. l. 12. verb. Vale el casamiento, tit. 7. p. 1. Et Henriquez lib. 11. de matrim. c. 8. nu. 9. ait posse Episcopum ex dispensatione extrahere maritum sic professum, ob periculum incontinentie vxoris. Et reddit rationem in cõmento, littera. R. quia urgente periculo incontinentie Episcopus dispensat in voto castitatis præcipue cum cõiugato. Sed hoc nõ credo. Quia hoc est votum solenne. ac per id acquisiuit ius religio.

At verò sententia habet non esse locum prædictæ reuocationi. Quòd cõiux manens in seculo cesserit iure suo licentiã spontaneam alteri profrendi cõcedens, voto castitatis se emisso. Quòd licet iura non approbent, vt licitus sit ingressus, quando manens in seculo est iuuenis, imò fieri interdicitur. c. c. si. c. vxoratus. c. ad Apostolicam de conuers. coniug. at approbat, c. 1. eodem tit. ad hunc effectum, ne concedatur reuocatio professi. Si quidem disiunctiue petit, vt alter simul profiteretur, aut votum castitatis emitteret. Quare hi textus sibi ipsis minime aduerfantur. Et ideo huius sententie sunt, Innoc. c. 1. n. vnico, super verb. reuocari, de conuers. coniug. & ibi Calder. & Abbas. n. 8. idè Abb. c. significauit. nu. 3. & c. vxoratus. n. 5. eodè tit. Anchar. d. c. 1. nu. 3. Cardin. c. ex parte, el. 1. ad finem, de con-

uers. coniug. Aretinus consil. 59. nu. 8. verbi ergo. Maioris. 4. d. 32. q. 2. §. pro illa tribrica, paulò ante verbi. ecce quomodo. Rossella. verb. impedimento, impedimento in initio. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. dicto. 4. Tabiena marimonium. 1. q. 3. n. 4. & hoc supponunt Archid. c. Agathosa. n. 3. & ibi Bellemera. nu. 2. 27. q. 2. & Dominicus. c. feriatim. n. 5. d. 32. vbi sustinent hunc coniugem manentem in seculo cogendum esse quòd seruet votum, ingredi religionem. Idèque tanquam notum supponunt Doctores allegandi. n. 25. & duobus sequentibus, & solus in dubij vertunt an hic cõiux sit in monasterio tantum detrudendus: an etiã cogendus profiteri. Et hæc sententia est vera, quamuis vxor esset iuris ignara. Cum enim non cogatur ad aliud, quam ad proprii voti obseruantiam, & ne reuocetur professus, cui consensum præstitit, non est curandum, an iuris conscia, an potius ignara sit. Ita Abbas duplici priori loco allegato. Calderinus, Cardinalis, Sylu. Maioris, Rossella, Tabiena ibidem.

Imò quantum votum castitatis emissum à coniuge manenti in seculo sit temporale, non esse locum reuocationi professi, ait Hugo. c. qui vxorem. 33. q. 5. Sed melius Rodèlis quem referunt, & sequuntur Albericus in suo dictionario, littera. V. verb. votum. 4. Vincè. 2. tom. in speculo doctinali, lib. 9. c. 87. A Henz. 2. p. summa, lib. 8. tit. 1. ar. 2. q. 11. Ioann. de Triburgo summa confessorii, lib. 1. tit. 8. q. 40. sic distinguit, si vxor cõficia iuris erat, nõ reuocabitur vir, sed ipsa cogetur, si senex sit, votum perpetuum emitte: & si iuuenis, ingredi monasterium. Si cur iura petunt ad eum ingressum viri: ad id enim se visa est obligasse, eam licentiã conficia iuris concedendo: iuxta ea, quæ dicemus. n. 14. & 27. si verò ignara, reuocabitur vir professus. Quia. c. 1. de conuers. coniug. concedens professi reuocationem, eam cõcedit quæ conuix manens in seculo nõ vovet perpetuo castitatem.

In posteriori casu, nempe, quando cõiux manens in seculo nullum emisit votum, est quadruplex sententia. Prima negat professum reuocandum fore, sed ait manentem in seculo compellendum castè viuere. Quòd professio tenetur: & explicat. c. 1. de conuers. coniug. concedens reuocationem, quando cõiux cõcedens licentiã non vovet, vt intel ligatur de licentiã metu, aut dolo extorta. Ita docent quidam antiqui, vt refert glossa fin. d. c. 1. idem tenet Durã. 4. d. 32. q. 2. n. 6.

12 Secunda sententia admittit reuocationem, siue vxor esset conscia iuris, siue ignara. Quia textus. c. 1. de conuers. coniug. in distincte concedit reuocationem, ubi manens in seculo non vult calitatem. Ita sentiunt gloss. eo. c. 1. ad finem, & ibi Innoc. n. vnic. vers. seruare, & vers. hoc autē. Cardinalis ibi, sine. Henricus. c. vxoratus nu. 8. & 10. de conuers. coniug. Palacios. 4. d. 27. disp. 2. col. 3. fol. 190. & idem colligitur ex alijs, qui in distincte docent professum hunc reuocandum, quando coniug. in seculo manens non vult. Hi sunt Ioan. And. c. ex parte, el. 1. n. vltim. vers. in quarto casu, & ibi Anchar. in sine, de conuers. coniug. Archid. c. Agathosa. n. 3. & ibi Bellera. n. 2. 27. q. 2. Adria. quodlibet. 1. ar. 3. in solutione ad. 7.

13 Tertia sententia absolute dicit vxorem simpliciter consentientem, si suspecta sit, cogi ad religionis ingressum: ac proinde reuocationem negat. Sic Hugo, quem refert, & sequitur Goffredus summa tit. de conuers. coniug. n. 9. Hofl. summa, eo. tit. n. 10.

14 Quarta sententia (cui tanquam probabiliori adhaere, ait cum distinctione hac. Si vxor manens in seculo erat conscia iuris dispensans virum non posse profiteri, nisi ipsa licentiam concedens voueat calitatem, si senex sit: & si iuuenis, ingrediatur religionem: non potest vir professus reuocari: secus si ipsa huius iuris inscīa erat. Quare. c. 1. de conuers. coniug. disponens posse reuocari professum, quando manens in seculo non emisit votum, quando ea iuris ignorantia accidit, venit intelligendum. Ratio huius sententiae est, quia manens in seculo eius iuris conscius, & sponte concedens licentiam profitendi suo coniugi, videtur tacite vouere, & ad id se alstringere, quod ad illius ingressum valorem irrevocabilem desiderari norat. Volens enim aliquid videtur velle omne id, per quod peruenitur ad illud. c. prudentiam, de officio deleg. 1. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procur. Præterea, quia non videtur velle actum frustraneum efficere. Deinde, quia. c. qui vxorem 33. q. 5. quod est ex concilio Rhemeni, satis fauet huic sententiae, ibi. *Qui vxorē suā relare permiserit, aliam non accipiat, sed sibi illi er conuertatur.* Vbi non dicitur maritum vouisse, sed consensum vxoris professioni præstitisse: & tamen quia vir præsumitur conscius iuris, cogitur similiter profiteri. Et ideo hanc sententiam tenent gloss. eo. c. qui vxorem, in sine, & c. Agathosa, verbi

vel ipsa, in fin. 27. q. 2. & cap. seriatim verb. post mortem. d. 32. & c. ex parte, el. 1. verb. consentiente, de conuers. coniug. Abbas. d. c. 1. nu. 4. & 8. & d. c. ex parte. nu. 4. & c. veniens. n. 3. eodem tit. Ricard. d. 27. art. 2. q. 4. corpore. Vincentius. 2. tomo, in speculo doct. rinali, lib. 9. c. 92. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 11. initio. Angelus matrimonium. 4. n. 9. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. dist. 4. Tabiena matrimonium. 1. q. 3. nu. 4. Sorus. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. colum. penul. Gregor. Lopez. l. 1. verb. Esto, tit. 7. p. 1. & l. 2. verb. De guardat tit. 10. par. 4. Henriq. lib. 11. de matrim. c. 8. n. 9. Merito autem omnes hi loquuntur de vxore iuris ignara: si enim esset vir, siue esset iuris conscius, siue ignarus, eo ipso quod vxori licentiam profitendi concederet, conferret vouere, ac proinde cessaret reuocatio. Quod in ipso locum habeat regula ignorantia, de regulis iuris, in 6. quae habet ignorantiam facti, non iuris exulare. Ita limitant Abbas. c. 1. nu. 9. Greg. Lopez. l. 2. verb. de guardat, tit. 10. p. 4. Sed haec differentia intelligitur in foro externo, in quo non praesumitur, nec excusat iuris ignorantia, vt dicam lib. 9. disp. 32. nu. 10.

15 Sed dubitabis, an casu, quo potest hic coniug. reuocari, possit propria autoritate exire? Id affirmant Innoc. c. quidam. n. 3. de conuers. coniug. & Magister Abbatis antiqui (vt referunt Ioannes Andr. c. 1. nu. 3. & ibi Anton. nu. 7. Anchar. in sine: nec reprobandi, sed tantum vocat oppositum tutius, nimirum, vt reuocatio fiat autoritate iudicis.) Idem tenet Turrec. c. seriatim, art. 3. nu. 5. d. 32. Quia si potest reuocari, cur non poterit coactionem praeuenire? Deinde, quia quamuis professio teneat, at alienando se à coniuge peccauit, praestititque adulterij anam. Ergo potest propria autoritate egredi, ne in peccato persistat, & vt cesset causa adulterij. Imò addunt Innoc. & Turrec. posse eum professum petere vt coniug. manens in seculo sibi reddatur. At dicendum est minime posse propria auctoritate egredi. Quia verè professus est, & tenetur ad obedientiam. Et quamuis initio peccarit ingrediens religionem non seruatis iure praescriptis in coniuge manenti in seculo: at persistens in religione non peccat: quia iam non est sui iuris: & licet possit reuocari, id non est iure actionis competentis alteri coniugi, sed ex merito iudicis officio (vt dicemus nu. 18.) Et esto esset iure actionis, at dū coniug. manens in seculo eo iure non

vtitur

vtitur reuocationem petens, nullum ius egrediendi habet professus ille. Et ita docet gloss. c. vxoratus verb. nullatenus, de conuers. coniug. & ibi Anchar. fin. Cardinalis. c. 1. n. vnic. q. 2. & 4. eodem tit. Vega. 2. tomo summae. c. 34. casu. 104.

16 An autem eò quod licentia Episcopi non interuenit, detur reuocatio? dixi disput. praecedenti nu. 3.

17 Quæstio tertia. An casu quo professus hic reuocari potest, id fiat iure actionis competentis coniugi in seculo relicto: an potius ex solo iudicis officio? Quibusdam placet id fieri iure actionis: atque ita concedunt coniugi in seculo relicto, qui sponte licentiam illam profitendi dedit, ius repetendi professum. Quia cum ea coniugis licentia fuerit minus legitima, non videtur ipsi ius reuocandi ademptum. Atque ita sentiunt Abbas antiquus. c. 1. de conuers. coniug. Innoc. c. quidam, nu. 3. eodem tit. Dominicus. c. seriatim, nu. 5. d. 32. Ricard. 4. d. 32. art. 2. q. 2. sine corporis, & ad 2. fin. Palud. ibi. q. 2. art. 2. n. 17. & d. 27. q. 3. ar. 2. nu. 15. Astenis sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 1. q. 7. fin. Supplementum Gabriel. 4. d. 32. q. 1. art. 2. in corollario, quod infert ex. 9. conclus. Guillelmi Vorrilong. 4. d. 32. q. vnic. art. 2. post. 1. conclus. casu. 1. Palacios. 4. d. 27. disp. 2. col. 36. versificatio tamen. Maiolus lib. 1. de irregular. c. 4. nu. 5. Angles Floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 1. de essentialibus ipsius. d. 27. ar. 3. diff. 4. Antonius Gomez in expositione bullæ cruciatæ. clausul. 10. n. 70. Dicunt autem Palud. ea. d. 32. q. 2. art. 1. nu. 17. Ricardus, Astenis, Supplementum Gabrielis eisdem locis peccare coniugem manentem in seculo reuocando.

18 At multò verius est non posse reuocari iure actionis, ad coniugis alterius petitionem, sed ex solo iudicis officio, cuius est consulere periculo incontinentiæ coniugis in seculo relicti, dum id imminere videtur, reuocando professum, & eum illi restituendo. Et ita intelligitur. c. 1. de conuers. coniug. eam reuocationem concedens. Quia cum professio consensus præsterit, cessat iure suo, quod in eum habebat: ac proinde amplius actionem non habet. Et ita opinantur gloss. c. vxoratus, verb. nullatenus, de conuers. coniug. vbi Ioan. Andr. fin. Anton. nu. 5. Abbas nu. 6. Anchar. fin. Cardin. q. 1. Idem Ioan. Andr. c. ex parte, el. 1. nu. 4. eodem tit. & ibi Anton. n. 8. Anchar. nu. 2. vers. in. 4. casu. Cardinalis paulò ante finē. Idem Anton. cap. 1. nu. 4. eodem tit. & ibi

Calder. Abbas. nu. 8. Cardinalis in sine, & oppositio. 2. idem Abbas. c. significauit nu. 3. eodem tit. Aretinus consil. 59. nu. 8. vers. tertio probatur. Astenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 2. q. 11. Brunellus de sponsal. conclus. 30. nu. 9. Lez regia. 11. tit. 7. p. 1. & ibi Gregor. Lopez, verb. De suo officio. Rosell. verb. impedimentum, impedimento. 11. initio. Angelus matrimonium. 4. nu. 9. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. dist. 4. Tabiena matrimonium. 1. q. 3. nu. 4. Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 1. q. 6. §. i. quasas.

19 Id tamen certū est, si res est integra, quia coniug. cui data est licentia, nondū est professus, potest licentia à coniuge concedente reuocari: nec factum tenebit gestum ab altero post eam reuocationem. Quòd legitima licentia caruerit. Ita docent Palud. 4. d. 32. q. 2. ar. 2. nu. 17. & d. 27. q. 3. art. 2. n. 15. Supplementum Gabriel. 4. d. 32. q. 1. art. 2. conclus. 8. fin. & d. 27. q. 2. ar. 3. dubio. 9. Palacios. 4. d. 27. disp. 3. sine: qui addit nullū esse tempus praescriptum ad hanc reuocationem, sed quando eumq; fieri posse, dummodo res sit integra. Et explicat Palacios, quando manens in seculo non emisit votum: indecūm autem reliquit, quando otium emisit. At existimo non posse reuocare, si licentia legitima fuit, vt quia manens in seculo erat senex. Tam enim perfectè vobis iure suo: nec res est integra: cum ipse voto allicitus sit pacto mutuo inito: quippe alter consensit emissioni voti, vt sibi integrū esset profiteri. Si verò non fuit legitima, quia erat iuuenis, peccabit quidem contra votum reuocando: at factum tenebit, reuocatioq; valida erit. Quia non erat perfectè renunciatio proprii iuris, vt diximus. n. 6.

20 Vtrum autem cesset prædicta reuocatio officio iudicis facienda, quando Episcopus concessit licentiam professioni faciente: at fuit minus legitima iuxta dicta? dixi disp. praecedenti, n. 3.

21 Potest verò Episcopus contra religiosos exemptos procedere, quando iniuste detinent coniugē hunc professum: impediatq; ne eius officio reuocetur. Quod bene docet Salcedo in additionibus ad practicum Bernardi Diaz. c. 3. littera. A. §. punire, in fine: & ita praxi receptum se vidisse. Et ratio est, quòd in hoc euentu non agatur de religionis priuilegijs, seu ipsa concernentibus, aut de statu regularium: sed de matrimonij institutione, coniugisq; reuocatione, qui min⁹ legitime professus fuit. Quod ordinarij proprium est capit. 1. de conuers.

coniug.

conjug. Deinde, quia ordinario competit omnimoda iurisdicção contra extraneos. & exemptos impedientes suam iurisdicçãoem. Vt tenent Innoc. c. dilectus in fine, de penis. Stephanus Auerius tractatu de potestate seculari super Ecclesiasticas personas nu. 23. Rojas de hereticis. l. p. n. 155. & sequenti ait, se, cum esset vicarius generalis, pluries in praxi id obtinuisse contra canonicos regulares, & quosdam monachos D. Bernardi exemptos. Quia concessa iurisdicçãoem, censetur ea concessa, sine quibus exerceri nequit. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudicium.

22 At in dubium veritur, utrum possit Episcopus censuris prædictos exemptos compellere impedientes reuocationem coniugis à suo monasterio: & in omnibus alijs euentibus, in quibus iurisdicçãoem habet erga ipsos? Id enim affirmat Salcedo, num. præcedenti allegatus. Quia potestas excommunicandi eius est, qui iurisdicçãoem in foro externo ad cogendum habet, vt tradunt Doctores in tractatu de excommunicatione, qualè habet Episcopus in his casibus. Deinde quia aliàs inanis, & frustranea esset iurisdicção Episcopi ad compellendos exemptos, si armis, quibus Ecclesia solita est compellere, destitutus esset, nimirum, potestate censuras ferendi, vt in simili dicit gloss. c. super questionum, verb. exequutorè, & c. ex litteris verb. si subdelegatus: & c. finali, verb. commissum, de officio iudic. deleg. vbi docet habentem nudum ministerium posse excommunicare impedientes suam cõmissionem, ne aliàs inutilis sit commissio. Præterea, quia cui iurisdicção data est, ea quoque cõcessa esse videntur, sine quibus ea explicari nõ potest. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. c. pastoralis cap. præterea, de officio deleg.

23 Sed existimo non posse Episcopum prædictos exemptos excommunicare, suspendere, vel interdicare, si priuilegiũ speciale habeant, ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici. Quale habet mendicantes, vt constat ex eorũ cõpendio verb. exemptio. n. 9. 13. & 24. & Societas Iesu, vt constat ex bulla Pauli. 3. ipsi concessa anno. 1549. & hoc nisi expresse cõcedatur Episcopis, vt in ijs casibus possint censuris latis contra exemptos procedere, vt euenit in decreto Trident. ses. 25. de regular. cap. 16. vbi conceditur Episcopis vt per censuras cogant exemptos restituere bona nouitijs respicientibus, & cap. 5. vt clausuram monialibus imponant, & inobedientes, aut contradicentes compellant cõ-

iuris. Et ses. 22. decreto de vitandis, & obseruandis in celebratione missæ, vt procedant per censuras contra exemptos celebrantes in oratorio priuato, aut horis non debitis: & quascunq; superstitiones ablegent. Et ita docent Gambara de officio legati, lib. 8. c. vltim. nu. 77. habetur tom. 13. tractatu. p. 2. Henric. lib. 7. de indulgētis c. 3. n. 7. ad fin. Manuel. 1. tom. summa. 2. edition. c. 74. nu. 4. casu. 1. Ducor, ex. c. 1. de priuileg. in 6. vers. in eos autè, vbi cum decreuerum fuisset habere Episcopum iurisdicçãoem in exemptos delinquentes, aut contrahentes extra locum exemptionum, subdit textus hec verba. *In eos autem, quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquã valeant, à sede apostolica est indultum, (sicut sunt religiosi quã plures,) in quorũ priuilegijs continetur, ne quisquã Episcopus, vel Archiepiscopus monasteriorum suorum monachos pro vlla causa, vltro ve loco, interdiceret, suspendere, vel excommunicare presumat: nisi ordinarij iurisdicçãoem suã quantum ad ista vbi cunq; illi fuerint, penitus exercere non possint.* Et quidã solus casus ibi excipitur vbi gloss. verb. quantum ad ista. Host. col. 5. super eodem verb. Ioan. Andr. n. 7. vers. in gloss. interdici. Archid. n. 2. vers. ista. Anchar. nu. 4. notabil. 7. Dominicus ibi. 5. vltim. n. 7. & ibi Francus eo. 5. vlt. nu. 2. d. cunt posse Episcopum hos religiosos deponere, & in arctius monasterium detrudere, alijs ve penis punire, non tamen posse in eos cõfuras ferre. Quod quãrùm ad hoc sit ligata potestas. Quod si censuras ferat, eas nullius valoris fore, dicunt Host. ibi super verb. presumas. Anchar. ibi n. 4. notab. 8. Dominicus. ibi. 5. vlt. nu. 6. vers. quid si ordinarij: & ibi Francus eo. 5. vlt. n. 1. & soli summus Pontifex, & legatus à latere excipiuntur, qui poterit censuris hos exemptos cogere, vt testantur ibi Host. super verb. Episcopus. Archid. n. 2. vers. Episcopus. Dominicus. n. 5. vers. quæro an dicitur. Secundò, ex doctrina multorũ asserentium exemptos ab ordinario citatos teneri cõparere, vbi exemptio non esset notoria, & si non cõpareant, valere excommunicationem aduersus eos in solidam: nec vim summam amissuram, quamuis post modum priuilegium allegent, iuxta. c. suborta, de sentent. & re iudic. sine: excipiunt tamen nisi exempti priuilegium habeant, ne possint excommunicari, cum clausula irritanti. Hi sunt, Ioan. Andr. regula scienti, de regulis iuris, in 6. n. 7. ad fin. vers. non obstat decretalis quia cunctis. Et ibi Francus

num.

nu. 4. Idè Ioan. Andr. c. 1. de concess. præb. in 6. nu. 8. & ibi Anchar. num. 6. vers. venio ad 3. partem. Dominicus ibi. 5. ex parte, nu. 4. Francus eodem. §. num. 2. Socinus. c. mulier. nu. 34. de sentent. excom. Ricardus. 4. d. 18. ar. 5. q. 5. Rosella verb. exemptus, initio. Sylu. verb. exemptio. q. 8. & ibi Armilla. nu. 2. Stat igitur habere Episcopum iurisdicçãoem in exemptos, & tamen nõ posse illos censuris ligare. Adde quoties Tridentinum voluit Episcopis iurisdicçãoem procedendi per censuras contra exemptos concedere, id explicauisse: vt constat ex decretis allegatis. In alijs autem decretis, vt sesio. 25. de regular. c. 13. subicit exemptos Episcopis quoad compellendos eos vt publicis processibus intersint: & quoad componendas controuersas de præcedenti locorum exortas: & cap. 14. quoad punitionem religiosi publicè delinquentis in certo casu, & cap. 17. quoad explorandam voluntatem puella professura: & tamen non adiecit, vt posset Episcopus censuris compellere. Ergo signum est eam iurisdicçãoem noliuisse dare. Nec obstant in contrarium adducta nu. præcedenti. Quia habens iurisdicçãoem in foro externo spiritualem potest excommunicare: & concessa ea iurisdicçãoem, concedatur subinde ea, sine quibus explicari nequit: nisi per speciale priuilegium ligata sit potestas quoad aliquam specialem penam: vt contingit in casu præsentis. Nec est frustranea cogendi potestas, quia potest alijs penis vt, vt explicauimus. Ex his ergo colligitur, exemptis hoc priuilegio fruētibus impedientibus monachi coniugati reuocationem, non esse integrum Episcopo censuris eos cogere, sed alijs penis. Quod nullus rextus id concesserit in hoc casu.

24 Quæstio vltima. An coniux manens in seculo, qui licentiam alteri cõcessit profiteri, casu quo non datur reuocatio, iuxta dicta: cogendus sit religionem profiteri, aut votum castitatis emittere? Et quid si nullum votum emisit, & erat iuris ignarus, ea ignorantia, quæ excuseturiam num. 14. diximus hunc nequaquam ad aliquod cogendum esse, sed profellum reuocandum. Si autem votum castitatis emisit in seculo, & est senex, nec suspensus de incontinentia, ad nil est cogendus, sed potest in seculo manere, & legitima est professio, vt diximus disp. præcedenti, nu. 2.

25 Procedit ergo quæstio, quoties coniux manens in seculo est iuuenis, aut suspensus

de incontinentia, & votum emisit: aut erat conficius iuris, quo casu vouere censetur, nec datur reuocatio iuxta tradita, nu. 9. & 14. Cum ergo his casibus non concedatur reuocatio, merito dubitatur qualiter consulendum sit periculo incontinentia coniugis in seculo relicti? Quidã censent hunc non cogendum profiteri, sed in monasterium recludendum, ne incontinentia periculum incurrat. Quia vltra proprium votum nemo profiteri est cogendus. c. integritas. 32. q. 2. ita sentiunt Innoc. c. 1. n. vnic. verb. seruare, de conuers. coniug. & cap. significauit nu. vnic. pauld post principium, eodẽ tit. & ibi Anton. nu. 4. Card. n. vnic. oppositione. 4. & manet dubius ibi Anchar. in fine, & cogitandum relinquit vix pars sit verior. Et tenent Archid. c. qui vxorem, nu. 2. 33. q. 5. & ibi Bellemera nu. 3. Nauar. lib. 3. consil. tit. de conuers. coniug. in priori editione, cons. 5. nu. 4. in posteriori, cons. 14. num. 4. & dicit probabile Palacios. 4. d. 27. disp. 2. col. 31. vers. porro in capitulo, fol. 388. addens reclusionem duraturã, quousq; sit senex, & de incontinentia minime suspensus, & limitat Nauarrus, nisi votum emisit religionis, tunc enim ait teneri ad religionem, & cogendam profiteri.

26 Alij cogendi profiteri assueuerant. Probatur ex. c. significauit, de conuers. coniug. à contrario sensu, vbi de vxore concedenti viro profitendi licentiam, sic dicitur. *Mãdams quatenus si est ita, & est talis araris, de qua suspicio haberi non possit ipsam votũ continentia obseruantem, intrare monasterium compelli non permittas.* Ergo debet compelli, quando est iuuenis, aut suspecta. Nec iuuabit dicere, compelli ingredi monasterium, sed nõ profiteri. Quia cum ijs, quæ religionem professæ sunt, non bene cõuenit, quæ professæ non est: & idè ius cõmissionem hanc interdicit. c. vt clerici. c. vidua, de regular. Secundò, quia cum coniux ille manens in seculo non deliquerit, non est parum includendum fore quasi in carcere. c. de lapsis. 16. q. 6. Tandem, quia licet aliquis non cogatur inuitus profiteri: id tamen accidit, quod non est aliud, quod sibi imputetur. Et idè ita sentiunt Grotfeld. summa tit. de conuers. coniug. nu. 9. Host. summa, eodẽ tit. nu. 10. & c. 2. num. 4. eodẽ tit. Henricus. c. vxoratus. nu. 9. eodẽ tit.

27 Sed ea distinctio valde mihi placet in hac quæstione. Aut enim coniux votum religionis emisit, & tunc cogenda est religionem profiteri, aut vouit solam continentiam

dando

dando marito licentiam profitendi: & tunc distinguenda est, si erat iuris petentis professionem ipsius, ut vir legitime profiteretur, ignara, non cogetur profiteri, sed includitur in monasterium, quod à vagationibus arceatur, & cesset incontinentià periculum, ut ait prima sententia relata. n. 25. si verò eius iuris conscientia erat, cogetur profiteri, ut ait sententia, nu. præcedenti relata. Probatur, quando erat iuris ignara non esse compellendam profiteri. Quia est res dura rem tam arduam iniungere ei, quæ nec expressè, nec tacite eam promissit: nec mirum, si compellatur ut sit intra monasterium inclusa: quia venit accessorie ad obedientiam castitatis, quam promissit: nec compellitur ingredi, ut fiet ibi quasi in carcere, sed ut honestam vitam ducat. Probatur verò quando erat iuris conscientia eam compellendam profiteri, ex c. qui vxorem. 33. q. 5. ibi. *Qui vxorem suam valere permisit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.* Deinde, quia sciens id desiderari ad legitimum viri ingressum, assensum illi præbens videtur se ad illud obligare (vt probavi num. 14.) & idèd hanc sententiam sustinent Calderinus c. 1. de conuers. coniug. & ibi Abbas, nu. 8. & c. significauit, in fine, eodem tit. Brunellus de sponsal. concl. 30. nu. 10. Maior. ris. 4. d. 2. q. 2. §. pro illa rubrica. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 11. in principio. Sylu. matrimon. 8. q. 12. disto. 4. Tobiena matrimonium. 1. q. 3. nu. 4. Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 1. q. 6. §.

si quæras. Temperant Abbas eo. c. 1. nu. 8. Rosella, & Sylu. proximè citati, vt hæc distinctio habeat locum in ijs, quos iuris ignorantia excusat: vt sunt mulier. minor, miles: secus quando non excusat, tunc enim coniux iuris ignarus cogitur etiam profiteri. Et mulierem excusari in hoc casu, ignorantia iuris, affirmant etiam Hostien. d. 8. cap. significauit, in fine, & Ioan. Andr. ibi, in fine: quamuis excusari negat Cardin. cap. ex parte, el. 1. ad finem, de conuers. coniug. Sed (vt dixi num. 14. distinctio hæc ignorantia iuris deseruit foro externo. Nā in foro conscientia: æquè excusat ac facti ignorantia.

Ad argumentum num. 25. propositū constat ex dictis num. præcedenti, ingressus enim ille: & professio veniunt accessorie ad rem promissam, & licentiam præstitam nõ ignorato iure. Ad argumenta proposita, nu. mer. 29. dic. ad primum respondeo intelligi de ingressu ad profitendum, vbi ignorantia iuris non excusat: vel de inclusione sola vt feruetur castitas, quando ea excusat. Nec est absurdum, causa iusta concurrenti non professam esse ratione conditæ inter professas. Ad secundum constat ex dictis numer. præcedenti, non enim includitur quasi in carcerem, sed ad custodiam. Ad vltimum dic non adesse causam compellendi ad professionem, nisi quando aderat iuris scientia, vt numer. præcedenti diximus.

(.)

DISPUTATIO TRIGESIMAQUARTA.

Vtrum professio coniugis post consummatum matrimonium facta, ignorante altero, aut scienti, contradicente tamen, valida sit: an potius professus reuocandus sit, & sic reuocatus ad quid obligetur?

SUMMARIUM.
Profectio illa non habet vim voti sollemnis, nu. 1.
 Votum castitatis in ea emissum habet vim voti simplicis: & obligat coniugem non exigat, at teneatur reddere, nu. 2.
 Quid, si ex sine immediato profitendi in religione, castitatem tunc voueret, & dependenter ab ea: & quid in dubio nu. 3.
 An liceat huic professo reuocato petere debitum, non tamen exigere? nu. 4. & remissiuè an aliter coniux teneatur ei reddere?

Nam si liceat saltem validè ad aliud matrimonium eo soluto transire? nu. 5.
 An liceat coniugi alteri professum absq; sua licentia reuocare quamuis vtreq; communis consensus castitatem vouisset? nu. 6.
 Non licet & religione illum rapere: & enodatur. c. cum causa, de raptor. nu. 7.
 An professio absq; coniugis licentia facta vim habeat voti simplicis religionis? Refertur duplex sententia nu. 8. & 9.
 Nullatenus obligat ad religionem: & traditur differentia inter id votum, & votum casti-

castitatis in ea professione factam, nu. 10.
 An coniuge reuocato mortuo, ad religionem redire teneatur? Refertur quodam sententia, nu. mer. 11.
 Non tenetur redire, nu. 12.
 An semel reuocatus teneatur redire, si coniuge reuocantem paniceat reuocationis? nu. 13.
 An coniux hic possit propria auctoritate redire, altero non repente? Proponitur quædam sententia, nu. 14.
 Possit propria auctoritate exire, nu. 15.
 An volenti coniuge spoliato consentire professioni illi, possit professus retrocedere: ac coniugem spoliatum repetere? nu. 16.
 Quando coniux sine professo permanere vult: quid relictus in seculo volens consentire, teneatur facere? nu. 17.
 An hoc dum viuus non consentiente, possit statim eo defuncto, coniux professus resiliere: & an d. fidelitatis in eo notitia nullitatis prioris professionis: & non acceptatio in superioribus, & nonus nouitatis? nu. 18.
 Quid, quando ignarus mortis perseuerat, & factus illius certior, vult statim exire? nu. mer. 19.
 Si confessus mortis perseuerat in religione, an licet se reuocare habere ratam prioris professionem? nu. 20.
 Quid, si coniux spoliatus viuens nec consentit, nec d. desistit, sed dissimulat? Romissiuè, nu. mer. 21.
 Quid, si spoliatus dum viueret, consenserit, n. mer. 22.
 An coniux sine cuius licentia alter professus est, possit eo iniusto profiteri? nu. 23.
 An si vtreq; coniux mutua licentia minime oblata proficiatur, siue consensu, siue ignarus professionis alterius, valeat professio: nevtreq; alium reuocare possit? nu. 24.

Disputatiõnis huius difficultas veratur in intelligentia textuum. c. quidam, & c. placet, de conuers. coniug. Nam eo. c. quidam, de viro professo vxore contradicenti, ac ad eius instantiam reuocato, sic dicitur. Respondemus quòd votum non tenetur, vnde ratione, voti ad monasterium non tenetur redire: vltentius verò non poterit vxorem accipere: promissit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & idèd quoad hoc, votum tenuit. Et c. placet, de muliere, que virum defunctum credens professa est, ac postea à viro reuocata, sic dicitur. Respondemus quòd licet: voti eius vsq; quaq; non tenuerit, ea enim tam fuit obligatorum quatenus se poterat obligare: pro-

missit enim intrando monasterium se non ex actu carnis debicam: quod erat in potestate ipsius: Radix verò ad seculum non erat in eius potestate, sed in potestate mariti: & idèd quòd ad ipsam tenuit votum. Consultius itaque dicimus, & ei congruentius ad salarem, vt ad monasterium redeat: si vivò ad hoc induci non poterit, ipsam inuitam credimus non cogendam. Quia in re id absq; controuerbia est, professionem illam minime habere vim voti sollemnis professionis. Id enim vtreq; textus ferè expressè ait, dum cum coniugem non teneri ratione voti in monasterio permanere, nec altero defuncto ad illud redire cedit. Et ratio est, quòd coniux dominii sui corporis minime habeat, quòd illud in religionis dominium transferre valeat. Sicut eadèd ratione, qua quis non est post professionem sui corporis dominus, nequit validè illud tradere vxori per matrimonium, vt diximus disput. 26. nu. 4.

Secundò condit votum illud castitatis in ea professione emissum habere vim voti saltem simplicis, & obligare coniugem in quantum se obligare potuit: nimirum, vt in eo matrimonio abstineat se à debiti exactione, & eo per mortem saluò, ab alio matrimonio inuendat: & ab alijs quæ castitatis promissit aduerfantur teneatur ad coniugem reuocatus reddere illi debitum. Quod vtreq; textus nu. præcedenti allegatus decidit: ac eam rationem reddit. Quòd votum illud coniugem alpinxerit, quatenus se obligare potuit: at potuit se ad hæc obligare: cum ea non cedant in presentis matrimonij præiudicium. Quòd si roges, cur votum hoc emissum in professione irrita obliget, vt votum simplex castitatis, cum tamen votum factum in ordine sacro valore carenti, non obliget? Dixi disp. 27. nu. 13.

Sunt tamen hæc intelligenda, nisi coniux ille intiret voti castitatis in ea professione dependenter ab illa, & ex sine immediato permanendi in religione. Tã enim in virtute talis intentionis ad nil voluit obligari castata professione illa. Quare vt professionem irritam faciens maneat voto simplici ligatus, desideratur inrentio obligandi se in dependenter ad professionis valorem. Atq; eam intentionem præsumit ius, vbi dicit contraria non constat, vt patet ex c. quidam, & c. placet, de conuers. coniug. Sicut dum impubes matrimonio inepti illud inuenit, præsumit ius, c. vnico, de desponsat. impub. in. 6. voluisse se stringere quatenus potuerunt: ac proinde illud va-